



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exhortatio Ad Reditvm In Catholicam Ecclesiam, Ovicvlis Christi, Gevsiaa Tempestate Per Hollandiam Et Vicinvm Belgiov m Misere Dispersis

Lindt, Willem van der

Coloniae, 1577

VD16 L 1932

4. Quare irruente in ouile Christi saeua perfidiae tempestate, aut haeretica diaboli persequutione, fideles Christi serui, sedulique Pastores, celeuma illud olim inclamare solent, Non potest Deum ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-31553

AD HOLLANDOS EXHORTATIO.

Sicut enim disiectis Aquilonari tempestate nauigijs, & ad desperationem vsque orto tenebricoso turbine, qui cœlum terræ misceat, ita vt nec horizontem, nec prouinciarum vicinarum liceat cognoscere limites, adactis vectoribus, hilaris apparens Cynosura sollicitis suæ salutis nautis suo ductu certam, qua naufragi euadant, demonstrat viam. Ita irruente in Dei domum hæreseon, quasi sæuientium ventorum procella, quæ collectas dudum in vnitæte fidei ouiculas Christi dispergat, ita vt de eius salute tantum non desperandum videatur, si cogitur illam Dei domum vocari, & esse Apostolicam, quod Apostolos habet authores, & piarum in vnum Christi ouile ouicularum collectores: fieri non potest, quin aperta omnibus ostendatur via, qua ad recuperandam in ea sibi salutem reuertantur.

Caput IIII.

*Quare irruente in ouile Christi seu a perfidia tempestate, aut hæretica
diaboli persecutione, fideles Christi serui, sedulique Pastores
celeuma illud olim inclamare solent, Non potest
Deum habere Patrem, qui catholicam
Christi Ecclesiam non ha-
bet Matrem.*

Hinc factum videmus à fidelibus illis Christiani ouilis Pastoribus, D.D. Cypriano & Augustino, alijsq; eorum imitatoribus, salutis ouium sibi creditarum sollicitis, vt exclamare, ac veluti orta turbulenti maris contra nauiculam Christi insurgentis, horridumque intumescens tempestate, celeuma cantare non dubitarint, Non potest Deum habere Patrem, qui Catholicam Christi Ecclesiam non habet Matrem! Sic contra diaboli synagogam, à Nouatianis per Africam & Italiam maximo numero, sub Christi tamen nomine, efflorescentem clamabat D. Cyprianus. Sic contra infinitam illam Donatistarum

D

rum

rum colluuiem, in Christi nomine (vti iactitabat) per Africam sub Episcopis fere quadringentis confluentem exclamat D. Augustinus, Optatus & alij, quotquot suæ stationis memores, fidelem gerendo Christi contra suos intestinos hostes, impiofque perduelles bello nauabant operam. Idem celeuma & hodie ingeminant pij Catholici Christi Iesu Ecclesiæ Pastores, & qui suo nomini respondere student, concionatores. Ad quam qui colligere non student, lupi sunt & pseudoapostoli, verbum Dei cauponâtes, nec syncere populo Dei panem filiorum frangentes.

Caput V.

Facile a pijs, & amore huius sæculi, aut carnali voluptate non exocatis agnosci posse, nouas Euangelicorum Ecclesias esse non Dei, sed diaboli, eiusque Bardi & crastoris, sacrilegas Synagogas.



Vi has igitur veræ Christi Ecclesiæ notas per ymbolum Apostolicum præscriptas, Sanctam, Catholicam, & Apostolicam, bene habet perpenfas, maturo que consilio examinatas, miror quidem, si oculos ad varias & eas tam multas storum nostræ tempestatis euangelicorum Synagogas attentus conuertat, non eueligio agnoscat illas, licet sub Christi nomine congregatas, non esse tamen Christi, sed Antichristi, & Sathanæ, in angelum lucis sese, in fraudem simplicium, & suæ salutis æquo minus sollicitorum, transfigurâtes. Habet quidem is dæmon, nunc temporis Ecclesiam Christi persequens, speciem aliquam angeli lucis, sed apud homines sua philautia elatos, & cæca superbia inflatos, aut carnalis vitæ cupidos, lubricos, ventri & gulæ deditos, Veneri dedicatos, libidinibus suis mancipatos & Epicuræos. Verum apud doctos, immo vere pijs, vix vmbra angeli lucis meretur: qui in Calui-

no, in